

ASTRONOMICVM.

Exopta canis sole

3

$$\begin{array}{r}
 3 \quad 6 \quad 0 \\
 7 \quad 3 \\
 \hline
 & 6 \quad 0 \\
 & 4 \quad 5 \quad 5 \\
 \text{+} \quad 8 \quad 0 \\
 \hline
 & 6 \quad 0 \\
 & 2 \quad 6 \quad 6 \\
 3 \quad 0 \quad 0 \quad \hline & 6 \quad 0 \\
 & 3 \quad 3 \quad 3 \\
 \text{+} \quad 6 \quad 0 \quad \hline & 6 \quad 0 \\
 & 4 \quad 5 \quad 5 \\
 \text{+} \quad 8 \quad 0 \quad \hline & 6 \quad 0 \\
 & 2 \quad 6 \quad 6 \\
 3 \quad 0 \quad 0 \quad \hline & 6 \quad 0 \\
 & 3 \quad 3 \\
 & 3 \quad 6 \quad 0 \\
 \hline
 2 \quad 5 \cdot & 4 \quad 2 \cdot & 5 \quad 1 \cdot & 2 \quad 5 \cdot & 4 \quad 2 \cdot & 5 \quad 1 \cdot
 \end{array}$$

7.

Atque sic Reductio in infinitum repetita ac reiterata, redibunt semper ijdem hi termini per omnes etiam infinitas species numeri, ita vt reductionis seu reducendi negotij nullus omnino sit futurus finis: Ideoque cùm tandem ad minutissimas quasdam species deuentum fuerit, prudens Logista reliquas sequentes & adhuc minutiores species iure negligat, atque ab infinito labore manum tollat.

IV. Reductio Logisticorum scrupulorum in vulgares fractiones fit per continuam Multiplicationem specierum per 60. incipiendo à maximâ seu primâ versus sinistram specie, numerumque proximè subsequentis speciei semper addendo, iterumque atque iterum aequè ac prius multiplicando dextrorsumque procedendo, idque vsque dum deuentum fit ad scrupula minima seu versus dextram ultima, & habebitur quæsita fractionis vulgaris numerator. Numerator verò reperitur eadem prorsus indagine, per continuam nimirum multiplicationem unius integris seu 60. scrupulorum primorum, vsque dum deuenitur ad minimam propositi Logisticici numeri speciem, continuè videlicet per sexagenarium numerum, & habebitur oblata fractionis nominator. Eruntque hac ratione Logistica scrupula in vulgarem fractionem reducta.

A 3

Atque